


DN. VDALRICI ZASII  
LL. DOCT. CLARISSIMI, IN  
TIT. FF. DE RE IUDICA-  
TA, LECTURA



*Cum gratia & privilegio in  
annos quinque.*

**BASILEAE**

APVD IO. REBELIVM

M. D. XXXVIII.

# DN. VDALRICI ZASII

## IN TIT. FF. DE RE IVDI-

### CATA, LECTVRA.



**10** TILIS est hic titulus ad practicã, & multis in locis sa-  
tis difficilis. Gl. continuat eum ad precedentes, cuius  
continuatio non est tuta quo ad hoc, quod gl. suppo-  
nit, dominia rerum quæri per sententias. Est enim a-  
cris Doct. disceptatio & cõflictus, an per sententiam  
uictoricem acquirantur rerũ dominia: ut, si egi rei uen-  
dicatione ad fundũ quã occupauerat Titius, ego uinco in iudicio, obti-  
neo sententiã, an per hãc sententiã sim factus dominus? gl. hoc, ut dixi,  
supponit in continuatione. Idẽ tenuit gl. in l. ex hoc iure. ubi Claud. de  
Sisell. recitat multas opiniones. Verũ cũ hoc sit extra materiã, nolo in  
hoc diffundi: solitus tamẽ sum cõcludere in eodẽ puncto, quod senten-  
tia præsumptiue operatur aliquid in dominio: unde uictor qui per sen-  
tentiam uicit, præsumitur dominus rei quam obtinuit, sed reuera non  
est factus dominus, si nõ prius fuit. Sententia non facit dominum, sed  
**20** ex ea præsumitur uictor esse dominus, quia res iud. pro ueritate habe-  
tur. l. res iud. infra de reg. iur. & hæc in foro contentioso. In foro cõsci-  
entia iste uictor non esset tutus, si sciret se male obtinuisse sententiam:  
quia rerum dominia transferuntur traditionibus ex consensu & iusta  
causa, & nunquam nuda traditio facit accipientem dominum. l. nun-  
quã nuda. l. traditio. supra de acquir. rer. dom. unde sola præsumptio  
facit uictorem tutum in foro fori, in foro contentioso. Accipiamus  
rubrum tit. nostri, quod tria continet. Tractat em̃ primo de re iud. de-  
inde de effectu sententiarũ, & tandem de interlocutionibus iudicium.  
Primam partem tractat l. i. cum similib. Secũdam tractat l. à diuo pio.  
etiam cum similib. Tertia pars habetur in l. quod iussit. infra eod. quæ  
**30** quidem omnia Imperator in C. per multos tit. explicuit, quia seorsim  
de sententijs, alio loco de re iud. & item alio tit. de interlocutionibus tra-  
ctauit: sed hoc fecit causa maioris declarationis, & ut in singulis distin-  
ctius procederet. Coll. ex isto rubro, sententiã differre à re iud. quia  
primo dicitur de re iud. deinde de effectu sententiarum, quasi sententia  
non sint res iud. sed de hoc iam suo ordine dicemus. Item ex rub. coll.  
quod appellatione sententiæ, nõ uenit interlocutoria. Interlocutio iu-  
dicis nõ continetur uerbo sententiæ, ceteris paribus: hic enim in rubro  
ut separata ponunt, & facit l. interlocutio. C. cõminationes, epistolæ,  
program. &c. de hoc dicemus in l. quod iussit. infra eo. Vnde, ceteris  
**40** paribus, in statutis si fiat mentio sententiarũ, non continebitur interlo-  
cutoria, quod est nota dignum: nisi fortasse materia subiecta aliud exi-  
gat: ut cum dicimus, Parendum esse sententiæ iudicis, hic etiam com-

*Sententiæ & res  
iud. differunt.*